

†

BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA.

Saldrá el primero y tercer Jueves de cada mes, ó en algun otro dia, como disponga el Prelado.—Se suscribe únicamente en esta Ciudad y casa de D. Telesforo Oliva, calle de la Rua, núm.º 25, á seis reales cada trimestre dentro y fuera de la Ciudad, franco de porte.—No se venden números sueltos.—Las reclamaciones se dirijirán al Director del Boletin, en carta franca que no admitirá sin este requisito.

PROGRAMA

de la funcion de la Inmaculada Concepcion de la Santísima Virgen, que ha de celebrarse el Domingo 4 de Marzo de 1855.

El sábado 3 de Marzo á las 12 de la mañana, un toque general de la clave de campanas y reloj de esta Santa Iglesia, al que contestarán las campanas de la Clerecia, parroquias y conventos de la Ciudad, anunciará á los fieles la Solemnidad del dia inmediato, repitiendo este toque á las siete de la noche, en la que estará iluminada la fachada de la puerta de Ramos y habrá algunos juegos de fuegos artificiales y voladores.

El domingo 4 de Marzo terminadas las horas canónicas y la Misa conventual, una Comision de cuatro Señores capitulares recibirá en la Iglesia, segun costumbre, al Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo, quien vestido de Pontifical expondrá el Stmo. Sacramento,

oficiando la Misa y predicando: concluida aquella se cantará un Solemne Te-Deum, y últimamente S. E. I. dará la bendicion Papal; cuyo solemne acto se anunciará al pueblo con el toque de la clave, al que responderán las campanas de las parroquias y conventos de Religiosas.

En la tarde del mismo dia á las cuatro, despues de reservar el Smo., y colocada la imagen de Ntra. Sra. de la Concepcion en las andas, que se pondrán en un altar portátil en el Presbiterio, se llevará en procesion por las naves de la Iglesia cantando la Capilla de música motetes á la Sma. Virgen, y la Letania Lauretana.

Terminada la procesion y colocadas las andas en la Capilla mayor se cantará el *Tota pulchra*, y la Salve, recitando la Oracion S. E. I.

Se invitará á las Autoridades, Corporaciones y personas distinguidas de la Ciudad para que se sirvan asistir á la funcion

Concurrirán tambien á la procesion el Clero de la Ciudad y Seminaristas.

S. E. I. el Obispo mi Sr., ha dispuesto dar á los pobres en este dia una limosna de pan, y al efecto se pasarán á los Sres. Párrocos de esta Ciudad las correspondientes papeletas para que hagan la distribucion: y á los presos de la cárcel de esta Capital se les suministrará una comida.

Lo que de orden de S. E. I. se inserta en el Boletin eclesiástico para conocimiento de los fieles, á quienes deberán advertir sus respectivos Párrocos se dispongan por medio de la Confesion y Sagrada Comunión á fin de recibir el fruto de la indulgencia plenaria que para esta ocasion les concede benignamente el Sumo Pontífice. Salamanca y Febrero 28 de 1855.
—Dr. D. Marcelino de Cagigal, vice-secretario.



Con el fin de que los Párrocos de las Iglesias de esta Diócesis en que la falta de Ministros no permite se celebren las principales funciones del año con toda la solemnidad prescrita en los Sagrados Ritos, puedan á lo menos verificarlo con el orden y la decencia que son correspondientes, se publican las instrucciones adjuntas de S. S. el Sr. Benedicto XIII; y como quiera que la parte principal de ellas se refiere á los dias de la Semana Santa, se procurará que la impresion esté concluida y repartida por medio de este Boletin con la anticipacion necesaria, á fin de que se comiencen á poner en práctica en el presente año. Los Sres. Párrocos procurarán enterarse en lo que á ellos toca, é instruir á los Ministros que deban ayudarles, á fin de que la exactitud y la regularidad en la ejecucion de unas ceremonias tan Santas y tan significativas puedan conducir á los fieles á la debida contemplacion de los Misterios que aquellas representan. Lo que de orden de S. E. I. el Obispo mi Sr. pongo en conocimiento de los interesados. Salamanca y Febrero 28 de 1855.—*Dr. D. Marcelino de Cagigal*, vice-secretario.

MEMORIALE

Rituum pro aliquibus praestantioribus sacris functionibus persolvendis in minoribus ecclesiis parochialibus jussu Benedicti XIII. Pont. Max. editum.

REVERENDIS PAROCHIS

ALIISQUE MINORUM ECCLESiarUM RECTORIBUS.

Proposito in Sac. R. Congreg. ordinario Conventu habito die 28 Julii 1821 sequenti dubio, videlicet: *An toleranda sit consuetudo vigens in quibusdam Pa-*

roeciis praesertim ruralibus, celebrandi per Parochum Missam lectam Feria V. in Coena Domini, quin peragi valeant eadem feria, et sequenti, caeterae Ecclesiasticae functiones praescriptae, ob Clericorum defectum, vel potius abolenda? Emmi. PP. eidem praepositi nedum consuluerunt Paroeciis praesertim ruralibus, quae Clericis omnino destituuntur; verum etiam solliciti, ut sacrae functiones, quae ex Ecclesiae instituto ad recolendam memoriam Passionis, Mortis, et Resurrectionis D. N. J. C. peragi debent in majori Hebdomada, non omittantur in minoribus Ecclesiis, et signanter Parochialibus, in quibus tres saltem, quatuorve Clerici haberi possunt, excitarunt Episcoporum vigilantiam, qui in id sua conferant studia, sequenti responso. *Affirmative et ad mentem: Mens est: ut Locorum Ordinarii quoad Paroecias, in quibus haberi possunt tres quatuorve saltem Clerici, sacras Functionis Feriis V., et VI., ac Sabatho maioris Hebdomadae peragi studeant, servata forma Parvi Ritualis S. M. Benedicti XIII. anno 1725. jussu editi: quoad alias Paroecias, quae Clericis destituuntur, indulgere valeant ob populi commoditatem, ut Parochi (petita quotannis venia) Feria V. in Coena Domini Missam lectam celebrare possint, priusquam in Cathedrali, vel Matrice Conventualis incipiat. Quoniam vero exemplaria parvi Ritualis recol. mem. Pontificis Benedicti XIII. jusu editi omnino defecere; ideo iterato illud imprimi curavimus pro earumdem minorum Ecclesiarum praesertim Parochialium commoditate.*

Editioni anni 1725 praemittitur sequens monitum. «*Ut Ritus, ac Sacrae Caeremoniae, visibilia Religionis, ac Pietatis signa, per quae mentes Fidelium ad rerum altissimarum contemplationem excitantur, in minoribus Ecclesiis Parochialibus almae hujus Urbis exacte, ac uniformiter exerceantur; utque hujusmo-*

»di Ecclesiarum Rectores ab exolvendis functionibus
»illis præcipuis, quibus alma Mater Ecclesia præstan-
»tiora nostræ Redemptionis indixit recolenda myste-
»ria, minime vel perstrictus Parochialium Clericorum
»numerus detineat, vel insuetorum Rituum anfractus
»deterreat; ex Decreto particularis Congregationis, a
»SS. Dño. nostro BENEDICTO PP. XIII. indictæ, sub
»die 4. Decembris proxime elapsi anni 1724. pro
»nonnullis ad Sacram Visitationem Ecclesiarum Paro-
»chialium Urbis spectantibus, et a Sanctitate Sua con-
»firmato; Rectoribus ipsis Memoriale hoc Rituum,
«typis datum, proponitur observandum.

»Exactissimam præscriptorum Rituum, cum per-
»strictissimo Clericorum numero, exhibet praxim. Ut
»plurimum tres tantum requirit: vix quartum deside-
»rat. Parocho tamen curæ erit, designatos Clericos,
«quasi manuducens, præcedenter in actionibus pera-
»gendis instruere, ut in eisdem attente, et expedite
»se gerant, neque oscitanter, quo se vertant, ne-
»sciant.

»Eosdem insuper Clericos modulari, aequa vocum
»concordia, ea, quæ in Processionibus recitanda præ-
»cipiuntur, edoceat: quæque, ut inoffenso percurrantur
»pede, suis locis, in ipso hoc Memoriali, per ex-
»tensum inserere, consonum visum est; ut unus idem-
»que libellus, et quæ agenda, et quæ recitanda, sup-
»peditet.

»Sex, semel in anno occurrentes, functiones enu-
»cleate exponuntur (quas subsequens demonstrabit
»Index): ex quibus haud difficile erit, methodum ex-
»cerptere pro consimilibus, ut in omnibus custodia Sa-
»cerarum Caeremoniarum semper effulgeat.»

Habete igitur RR. Parochi, et minorum Ecclesia-
rum Rectores, ope hujus Ritualis, certam methodum,
qua uti possitis, ut sacrae actiones, si nequeant so-
lemniter, decenter saltem peragantur.

TITULUS I.

DE BENEDICTIONE CANDELARUM

IN FESTO

PURIFICATIONIS B. MARIAE VIRGINIS,

CAPUT I.

DE PRAEPARANDIS PRO BENEDICTIONE, PROCESSIONE, ET MISSA,

In Abaco, seu Credentia Altaris majoris.

1. *Calix pro Missa cum omnibus ornamentis coloris albi: ni festum incidat in Dominica privilegiata, quia tunc coloris violacei.*

2. *Planeta, Stola, et Manipulus coloris albi, vel violacei, si in Dominica, ut supra.*

3. *Thuribulum, et Navicula cum thure.*

4. *Vas aquae benedictae cum Aspersorio.*

5. *Pelvis cum medulla Panis, et vasa pro lotionne manuum post distributionem Candelarum.*

6. *Manutergium.*

7. *Pelvicula cum ampullis vini, et aquae, et mappula ad manus terendas.*

8. *Exemplaria hujus Memorialis pro recitandis in Processione.*

In Altari,

1. *Pallium violaceum faciliter amovibile, et aptatum super aliud albi coloris, si Missa erit de Beata Maria.*

2. *Missale in cornu Epistolae super pulvino violaceo; vel parvo legili.*

Prope cornu Epistolae in plano.

1. *Mensa cooperta mantili albo, et super eam*

Candelae benedicendae, similiter aliqua mappa munda coopertae.

2. *Cruz Processionalis.*

In Sacristia.

1. *Tria Superpellicea pro Clericis.*

2. *Amictus, Alba, Cingulus, Stola, et Pluviale coloris violacei pro Celebrante.*

3. *Foculus cum igne, et forcipe.*

CAPUT II.

DE SACRIS RITIBUS IN FESTO PURIFICATIONIS BEATAE MARIAE VIRGINIS ABSOLVENDIS.

§. I. *De Benedictione Candelarum.*

1. Circa horam diei tertiam, tres Clerici, talari habitu induti, accipiunt Superpellicea in Sacristia, atque disponunt omnia, ut in Cap. praec.

2. Festivo Campanarum sonitu convocetur Populus.

3. Celebrans, facta praeparatione ad Missam, ac lotis manibus in Sacristia, ministrantibus secundo, et tertio Clerico, accipit super Cottam, Amictum, Albam, Cingulum, Stolam, et Pluviale coloris violacei.

Si fuerit dies Dominica, Celebrans sic indutus benedicit Aquam pro Aspersione, ut in Missale.

4. Interim primus Clericus amovet ab Altari vasa florum, et Candelas in eo accendit.

5. Celebrans, facta cum Clericis debita reverentia Cruci, vel Sacrae aliae Imagini in Sacristia, praecedente primo Clerico manibus junctis, medius inter secundum, et tertium Clericum, elevantes fim-

brias Pluvialis, tecto capite, procedet ad Altare.

6. Ante infimum gradum deponit Biretum in manibus primi Clerici, qui, eo reposito, Candelas discooperit.

7. Celebrans, facta in plano vel reverentia Crucis, vel genuflexione super infimo gradu, si adsit Tabernaculum recondens SS. Eucharistiam, ascendit ad Altare, et osculatur illud in medio.

Si facienda sit Aspersio Aquae Benedictae, Celebrans genuflexus in primo gradu inferiori procedit ad Asperionem, ut in Missali, et deinde ascendit ad Altare, ut supra.

8. Celebrans, osculato Altari, accedit ad cornu Epistolae semper medius inter Clericos, ut in num. 5.

9. Ibidem facie ad Altare, manibus junctis, in tono feriali, dicit: *Dominus vobiscum*, et postea subjungit, *Oremus*, et Orat. *Domine Sancte etc.* cum quatuor aliis Orationibus.

10. Interim primus Clericus ponit Ignem in Thuribulo, et accipit Naviculam.

11. Dum dicitur quinta Oratio, tertius Clericus, qui erat a sinistris Celebrantis, facta genuflexione Altari, recedit, et accepto e Credentia Vase Aquae Benedictae, una cum Clerico Thuriferario accedit ad Celebrantem.

12. Celebrans, completa quinta oratione, ministrante cum osculis consuetis Naviculam secundo clerico, qui est a dexteris ejus, imponit cum benedictione incensum in Thuribulo.

13. Deinde accepto Aspersorio a secundo clerico, ter aspergit candelas, in medio, a dextris earum, et a sinistris, dicens submissa voce Ant. *Asperges me etc.*

14. Successive similiter triplici ductu candelas adolet incenso, nihil dicens.

15. Completa benedictione, celebrans facta in medio Altaris debita reverentia, sedebit tecto capite super scabelo in suppedaneo a parte Evangelii, (1) et gravi sermone Populum admonebit de institutione hujus solemnitatis, atque Mysteriis, et utilitate Candelarum benedictarum, utque Populus reverenter accedat ad distributionem.

§. II. De Distributione Candelarum.

1. Expleto sermone, primus Clericus accipit e Mensa Candelam pro Celebrante, et, nisi adsit aliquis in Presbyterali ordine constitutus, eam collocat in medio Altaris.

2. Celebrans, facta reverentia in medio Altaris, genuflectit super suppedaneo facie ad Crucem.

3. Sic genuflexus accipit ex Altari Candelam, et eam osculatur, et tradit primo Clerico servandam.

Si adsit aliquis Sacerdos, hic dabit Candelam Celebranti stanti facie ad Populum, cum osculo Candela tamtum, et Celebrans similiter Candelam (2) tamtum osculabitur.

4. Deinde Celebrans accedit ad cornu (3) Epistolae, et alternatim cum suis Clericis alta, et aequa voce, more Clericorum Regularium, recitabit Ant. *Lumen etc.* et Canticum, *Nunc dimittis etc.*

5. Repetita post *Sicut erat in principio etc.* Ant. *Lumen etc.* Celebrans, facta inclinatione Cruci, vertit se ad Populum, et distribuit Candelas primo Presbyteris, si adsint; deinde Clericis, dispositis seriatim super ora suppedanei, et digniores prope cornu Epis-

(1) Bauldr. p. 4. cap. 3. art. 3. n. 13. — (2) Bauldr. p. c. 4. 3. art. 2. n. 13. Gavan. in Dom. Palm. n. 14. lit. g. — (3) Bauldr. loc. cit. art. 4. n. 3.

tolae: qui omnes genuflexi Candelam, et manum Celebrantis osculabuntur.

6. Deinde Celebrans, facta reverentia Altari, medius inter suos Clericos accedit ad Cancellos Presbyterii a parte Epistolae.

7. Ibidem incipit distribuere Candelas, primo Viris, deinde Foeminis, praebente ei Candelas tertio Clerico a sinistris, allatas a Primo Clerico.

8. Completa distributione, Celebrans lavabit manus in plano Epistolae, fundente aquam primo Clerico, et aliis duobus manutergium ministrantibus.

9. Celebrans, lotis manibus, accedit ante Altare per longiorem, factaque in medio Cruci (1) reverentia, pergit ad librum in cornu Epistolae.

10. Ibi cum suis Clericis, alta voce recitabit Ant. *Exurge Domine etc.*

11. Deinde stans ibidem subdit: *Oremus*, et si sit post Septuagesimam, et non in die Dominico, subjungit ipsemet, ac genuflectens cum omnibus: *Flectamus genua*, et secundus Clericus primo surgens, respondet: *Levate*.

12. Postmodum Celebrans dicet Orationem: *Exaudi quaesumus Domine etc.* semper tenens manus junctas, ut supra.

§. III. De Processione.

1. Completa Oratione, Celebrans accedit ad medium Altaris, ibidem accipit a primo Clerico Candelam accensam, et exemplar hujus Memorialis, vel Rituale pro Antiphonis in Procesione cantandis.

2. Duo alii Clerici similiter accipiunt Candelas accensas, et exemplaria hujus Ritualis.

(1) *Ex Castald. lib. 3. sect. 8. cap. 3. n. 7. ; Gavan. p. 4. tit. 10. lit. g. n. 18.*

3. Celebrans vertit se ad populum, et dicit: *Procedamus in pace*, et Clerici respondent: *In nomine Christi. Amen.*

4. Celebrans incipit recitare Antiph. *Adorna etc.* ut infra, et alternatim cum Clericis sibi assistentibus reliquas Antiphonas prosequetur.

5. Responso, ut supra: *In nomine Christi. Amen*, primus Clericus accipit Crucem Processionalem; et facta genuflexione Altari, vertit se ad Populum, et procedit, juxta consuetudinem, vel extra Ecclesiam, vel intus eandem, et dirigit Processionem a sua parte dextera, et circuit, et redit ante Altare.

6. Subsequitur Celebrans tecto Capite, medius inter Clericos, recitans cum eis sequentes Antiphonas, redactas (vel in *Rituali edition. Pezzana. Venet. 1695*) ad versus, ut commodius cantentur.

Antiphona.

Adorna thalamum tuum Sion: et suscipe Regem Christum.

Amplectere Mariam: quae est coelestis porta.

Ipsa enim portat Regem gloriae, novi luminis.

Subsistit Virgo, adducens manibus Filium, ante luciferum genitum,

Quem accipiens Simeon in ulnas suas praedicavit populis: Dominum eum esse vitae, et mortis, et Salvatorem mundi.

Responsum accepit Simeon a Spiritu Sancto: non visurum se mortem nisi videret Christum Domini.

Et cum inducerent Puerum in templum: accepit eum in ulnas suas, et benedixit Deum, et dixit.

Nunc dimittis servum Domine: secundum verbum tuum in pace.

Cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut

facerent secundum consuetudinem legis pro eo : ipse accepit eum in ulnas suas.

7. Ingresso Ecclesiam, si extra eam processum fuit, vel in ipso cancellorum Presbyterii ingressu, si Processio intus Ecclesiam peracta fuit, recitatur sequens R.:

Resp. Obtulerunt Domino par turturum: aut duos pullos columbarum.

Sicut scriptum est: in lege Domini.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariae: secundum legem Moysi.

Tulerunt Jesum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino.

Sicut scriptum est in lege Domini.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut scriptum est in lege Domini.

8. Clericus cum Cruce, facta ante Altare genuflexione, deponit eam in loco suo.

9. Celebrans absolvit *Resp.*: ante Altare.

§. IV. De Missa post Processionem.

1. Absoluto *Resp.* primus Clericus resumit Candelas a Celebrante, et Clericis, extinguit, et servat in Credentia.

2. Celebrans facta reverentia Altari accedit ad planum Epistolae, in loco ubi alias sedetur in Missa solemniter; et per manus secundi, et tertii Clerici deponit Pluviale et Stolum violaceam, et accipit Manipulum, Stolum, et Planetam coloris albi, si Missa erit de Beata Maria; alias, deposito Pluviali, accipit Manipulum, et Planetam violaceam pro Missa de Dominica.

3. Interim, si Missa erit celebranda de festo, primus Clericus amovet Pallium violaceum ab Altari, remanente albo, et apponit Vasa florum inter candelabra, et successive defert Calicem paratum ad Altare, et expando Corporali, eundem in medio concinne collocat.

4. Celebrans procedit ad Missam, in qua, si erit de festo, Clerici tenebunt (1) Candelas accensas ad Evangelium, et ab Elevatione usque ad Sumptionem.

5. Dum Celebrans legit Ant. *Communio*, primus Clericus amovet Calicem ab Altari, et refert ad Credentiam.

6. Completa Missa Celebrans, praecedentibus Clericis, redit, manibus junctis, in Sacristiam.

7. Ibi deponit Paramenta Missalia, et gratias agit de more.

8. Clerici ex Altari, et Abaco reportant omnia in Sacristia, et quaeque suis locis reponunt.

(Se continuará.)

MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA.

SECCION 1.^a—Circular.

ILMO. SR.

Habiéndose suscitado en algunos casos la duda de si puede ó no ser electo Vicario Capitulár en *sede vacante* un Prebendado que no reuna los requisitos prevenidos por derecho canónico y civil para los Provisores Vicarios generales, S. M. la Reina (e. D. g.)

conformándose con lo propuesto por la estinguida Cámara eclesiástica y por la del Real Patronato, se ha servido declarar, que para uno ú otro cargo deben elegirse personas que, á mas de su moralidad y adhesion á las instituciones vigentes, reúnan las circunstancias que el derecho canónico y civil ordenan y entre ellas la de ser Doctores ó Licenciados en derecho canónico ó civil y Abogados de los Tribunales Nacionales á no ser que hayan ejercido ya jurisdiccion, en cuyo caso no necesitan ser Abogados; pudiendo la eleccion recaer en persona de dentro ó fuera del Cabildo. De Real orden lo digo á V. para los efetos consiguientes.

Dios guarde á V. I. muchos años. Madrid 15 de Febrero de 1855.—Aguirre.—Sr. Obispo de Salamanca.

ANUNCIOS.

1.º Han sido nombrados Canonigos de esta Santa Iglesia Catedral el Dr. D. Marcial de Avila, Presbitero y Secretario de Cámara y gobierno de este Obispado, por S. E. I. el Obispo mi Sr., en la vacante por fallecimiento del Dr. D. José Alvarez de Neira; y el Lic. D. Gerónimo Torres y Casanova, Fiscal general Eclesiástico en la Diócesis de Cartajena, por S. M. la Reina (o. D. g.) en la vacante por defuncion del Presbitero D. Manuel Mayo.

Asi mismo lo han sido por S. E. I. D. José Garcia Mena, vice-Rector del Seminario Conciliar para Mayordomo y vice-Secretario de Cámara y Gobierno, por ascenso del Dr. D. Marcelino de Cagigal á la

Canongia Magistral de la Santa Iglesia Metropolitana de Santiago de Cuba. Para vice-Rector de dicho Seminario D. Serafin Lopez, Catedrático del mismo. Para Catedrático interino de tercer año de Sagrada Teologia, D. Cipriano Alonso, Párroco de Santiago de esta Ciudad. Y para la Cátedra de segundo año de Filosofia, D. Julian Rodriguez, pensionado por el Gobierno para estudiar Agricultura en Madrid, en premio de su aplicacion.

2.º Los Sres. Párrocos y demas Presbíteros de esta Diócesis que gusten aplicar Misas, pueden acudir á esta Secretaria á recibir su estipendio.

3.º S. E. I. el Obispo mi Sr., celebrará órdenes generales mayores y menores en los dias 5 y 24 del próximo Marzo.

4.º El jueves 18 de Abril habrá Sala sinodal para licencias; el que haya de obtenerlas presentara las que hubiere usado acompañada de solicitud, en esta Secretaria, hasta el 7 del espresado mes. Tan solo los que se presenten á exámen dicho dia 8 á las diez de la mañana les quedan prorrogadas las licencias que tienen actualmente por los dias que medien desde que se les concluyan hasta el mismo dia 8 y no mas.

5.º Se halla vacante la Capellania de las Religiosas Agustinas de Vitigudino; los que deseen obtenerla, presentarán sus solicitudes con las licencias que tengan, en esta Secretaria de mi cargo.

6.º Habiendo dispuesto S. E. I. continuar la Santa Pastoral visita de las Capellanias, y demas fundaciones piadosas del Obispado presentarán sus poseedores al Presbítero D. Adrian Mirat, que por ahora tiene el despacho en su casa, calle de Sorias núm. 9, desde las 9 de la mañana hasta las dos de la tarde, todos los documentos necesarios al efecto, á fin de que

IMPRESA DE D. FERNANDO GARCIA

dicho Sr. los remita con su informe á esta **Secretaría** para la resolución de **S. E. I.**

El mismo Sr. Mirat, está autorizado por **S. E. I.** para recaudar y cobrar todos los débitos de cargas pias que estén sin cumplir; para el exacto cumplimiento de este cometido los Sres. Párrocos y demas encargados de Iglesias de esta Diócesis le facilitarán todas las noticias que por el mismo les sean pedidas. Salamanca y Febrero 28 de 1855.—**Dr. D. Marcelino de Cagigal**, vice-Secretario.